

Johann Quistorp

**Programma Rectoris Johannis Quistorpii, S.S. Theol. D. Pastoris ac Professoris  
... Academia Rostochiensi, Quo Ad Exequias Quas Iuveni Bartholomeo Iusto, Civi  
& Mercatori huius Reipubl. non postremo Vidua Relicta Et Moestissima Hodie  
prima hora paratas cupit. Omnes Omnium Ordinum Cives Academicos  
peramanter invitat : P. P. die 10. Martii Anno M. DC. LIV.**

Rostochi[i]: Kilius, 1654

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn771007264>

Druck    Freier  Zugang



Qvistorp, J.,

in B. Justus.

Rost. 1654.

54.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn771007264/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771007264/phys_0002)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn771007264/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771007264/phys_0003)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn771007264/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771007264/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA  
RECTORIS  
**JOHANNIS QVISTORPII,**

S.S. Th. D. Pastoris ac Professoris,  
in Ecclesiâ & Academiâ  
Rostochiensi,

Quō  
Ad Exequias  
Quas

Honestissimo & Integerrimo Viro  
Juveni



**BARTHOLOOMEO  
JUSTO,**

Civi & Mercatori hujus Rei-  
publ. non postremo

VIDUA RELICTA ET MOESTISSIMA  
Hodie primâ horâ paratas cupit.

OMNES OMNIUM ORDINUM CIVES ACADEMICOS  
peramanter invitat

P.P. die 10. Martii Anno M. DC.LIV.

• 6(0) •



ROSTOCHI,  
Typis NICOLAI KILL. Academ. Typogr.

**GREGORIUS;**

*In hom. Sint lumbi vestri Eccl. Luc. 12.*

**Venturæ mortis tempus igno-**  
**ramus, & post mortem operari non**  
**possimus; superest, ut antè mortem**  
**tempora indulta rapiamus; sic enim sic,**  
**mors ipsa, cum venerit, vincetur,**  
**si priusquam veniat semper**  
**timeatur:**

RECTOR  
JOHANNES QUISTORPIUS,  
S.S. Th. D. Prof. & Past. in Eccles.  
& Acad. Rostochiensi.



Erissimum est , &  
quotidiana fermè nobis  
demonstrat experientia,  
Quod quilibet mortali-  
um, quolibet fermè vitæ  
suæ puncto, ad mortē va-  
dit; vadit vel quovis iactu c-  
culi, ad locum obscurum,  
& periculosum. Nihilominus tamen rarissi-  
mus est, qui tempestivè iter hoc planè inevitabile  
præmeditetur, qui semet optimè, ad *calcandam*  
*hanc semel viam lethi* præparet, ac disponat. Ve-  
reor sanè nè hac in re, hostis humani generis in-  
fensissimus , oculos illis occludat, quominus  
rem tam formidabilem, quam declinare nequa-  
quam valent , piâ meditatione præveniant.  
Quid enim? nonnè, si quis ad locum supplicii  
sibi destinatum duci deberet? nonnè inquam,  
seriâ cogitatione , & quidem cum metu ac tre-  
more, locum eundem revolveret? At homo mi-  
serrimus, qui quolibet momento ad mortem,

A 2

tan-

tanquam ad certissimum supplicium, naturæ hu-  
manæ, in peccatum prolapso, à DEO æquissimō  
indictum non tam ducitur, quam invitus ple-  
rumq; trahitur homo inquam miserrimus, adeò  
improvidus vivit, ut nullâ præviâ cogitatione  
& præparatione, iter, ad hocce supplicium, cer-  
tissimè, quamvis incertâ horâ luendum ag-  
grediatur; quamvis benè noverit, jam pridem,  
ad hocce supplicium semet condemnatum esse;  
quamvis optimè sciat jam pridem promulgatam  
esse, contra se, mortis sententiam; quamvis quo-  
tidie experiatur, Vitam nostram, nihil aliud esse,  
quam certissimam & continuā, ad locum suppli-  
ci hujus viam. O insaniam talium hominum pror-  
sus deplorandam! qui nullam fermè hujuscē  
supplicii suscipiunt cogitationem; Dic enim  
quæso, num illi qui in carcere constituti, paulo  
post, educendos se ad mortem sciunt, curam ali-  
quam corporis sui aut mundi hujus gerunt? Et  
si id facerent, non illos enormiter insanire dice-  
res? Quid jam de hominib⁹ plerisq; dicam? quantā  
ipsis jure merito adscribam insaniam, qui cū sint  
edocti brevi tempore semet, è carcere vita hujus,  
ad mortis supplicium educendos, celerimè se  
ipsos ad sepulchrum efferendos; attamen, nè mo-  
mentum, hujus sui exitii cogitationibus impen-  
dunt;

dunt; attamen, tam securè, tam temerè, quasi  
nunquam, aut nimis setò, supplicium commune  
luituri, vivunt. O stultissimi! o lacrymis non  
satis deplorandi mortales! qui hodiè nutritis car-  
nem, quam cras vermes rodere incipient; qui  
hodiè bona mundi hujus, tantà sollicitudine  
quæritis, quæ cras in sumum planè, vel alienas a-  
bibunt manus. qui deniq; tam superbè corpus  
exornatis, crastinâ luce, in cinerem redigendum.  
Verum à tali rantaque dementiâ procul erat  
o manet noster, Præstantissimus & honestissi-  
mus Vir Juvenis; BARTHOLOMEUS JU-  
STUS, qui honestè, pieq; licet non diu, vivens,  
mortem prä oculis semper habuit, continuâq; vi-  
tae integritate, semet, ad quotidiè ac felicitè mor-  
talitatem deponendam, disposuit. Natus verò ille  
erat, ANNO M. DC. XXIII. die 16. Maj. in Ham-  
burgensi Urbe, Honestissimis & Integerimis Pa-  
rentibus. Patre videlicet CHRISTOPHO-  
RO JUSTO, Mercatore Hamburgensi exi-  
mio; Viro virtutibus magnis conspicuo. Ma-  
tre autem, Fœminâ probissimâ ac laudatissimâ  
Ilsebe Tieden. Quamprimum verò, per lava-  
crum regenerationis, fidelibus CHRISTI  
membris insertus; & ab Optimis piisq; parenti-  
bus prænominatis, in timore DEI, cæterisq; vir-

A 3.

turi-

tutibus Christianis, diligentissimè postmodum  
fuisset educatus. Tandem ANNO M. DC.  
XXXVIII. die 4. Octobris, ab illis ipsis, Stock-  
holmiam ablegatus, ibidem fidelissima, & hone-  
stissima, ad Annum M. DC. XXXVI. diemq;  
decimam Maji, mercatoria præstitit obsequia,  
(quemadmodum luculenta Testimonia, cum  
ipsis defuncti laude declarant) Circâ decursum  
ejusdem Mensis Maii, à dilectissimis suis paren-  
tibus, domum revocatus, ab ipsis denuò, in Hol-  
landiam, Galliam profectus, ibidemq; ad An-  
num M. DC. XXXVII. commoratus, & tan-  
dem, non mediocri prudentiâ ac experientiâ im-  
butus, in patriam reversus fuit. Nobil. DN.  
JO-  
HANNI Sibrandt/ sua & fermè quadriennii,  
addixit officia, talemq; se in ipsis, quoad præci-  
puè timorem DEI, pietatem, candorem, æquita-  
tem præstitit, ut totius fermè Civitatis laudem  
& amorem fuerit adeptus, Anno M. DC. LIII. die  
2. Januarii, Dei benedictionem, in suâ mercatu-  
râ sentiens, elegit sibi individuam thori conjuga-  
lis sociam, Virginem tunc leetissimam, & castissi-  
mam; nunc verò Vidoam, nimis citò derelictam,  
atq; mœstissimam, CATHERINAM Bolten/  
piè defuncti Dn. JOHANNIS Bolten/ Senato-  
ris quondam hujus Reipublicæ meritissimi fi-  
liam dilectissimam ; cum illaq; die 26. Aprilis  
Anni

Anni præterlapsi, ritu Christiano, nuptias celebravit. Cū  
quā, mirā animi jucunditate, summā concordiā, quan-  
quam per breve tempus vixit; vixissetq; ulterius, &  
non absq; majori svavioriq; conjugalis thalami fructu;  
nisi eum Divina voluntas, tam citò, ē rebus hisce mor-  
talium migrare decrevisset. Qui, cum præteriti Men-  
sis Februarii die 28. hocce Anno, M. DC. LIV. labefac-  
tari suam sanitatem sensisset, viresq; corporis sui, ma-  
gis ac magis debilitari animadvertisset. In primis Sal-  
vatoris & Redemptoris CHRISTI JESU opem im-  
ploravit: Postmodum, Medicorū quoq; auxilia, qui fide-  
lissimè, suo pro viribus, defuncti sunt artis officio, non  
neglexit, ac intus exteriusq; remedia adhibuit. Quæ  
cum expugnare infirmitatem nō potuissent; & ipse, insta-  
re sibi ultimum vitæ terminum præagiisset, totum se  
prosus, Divinæ devovit providentia; in illâ unicâ,  
suas spes defixit; illi soli, hancce suam caducam vitam  
commendavit; ne verò, absq; salutari viatico, viam  
mortis sibi imminentis ingredereetur; sumvit illud, die  
6. Martii; sumpsit inquam, preciosissimum corpus &  
sanguinem CHRISTI JESU, illiusq; dulcedine,  
non satis vel Angelorum facundiâ deprædicandâ, ante-  
quam ex hac abiret mortalitate, animam suam refecit  
atq; recreavit; & quidem, piò ac Ecclesiastico ministerio,  
Viri plurimum Reverendi, Excellentissimi, Clarissimi,  
Dn. CASPARIS MAURITII, SS.Th.D. Profes-  
soris celeberrimi, designati Superintendentis gravissi-  
mi, Amici & Collegæ ut honoratissimi, ita dilectissimi.  
Ad extremū, in fide Salvatoris firmissimā; post durio-  
res insultus, in sanctissima DEI invocatione, nocte diem  
Martis sub sequente, inter 12. & 1. expiravit; illiq; spiri-  
tum

tum suum restituit; à quō eundem ante triginta annos & unum, acceperat. Fateor, non modicum Viduæ mœstissimæ, cæterisq; amicis, piè defunctus hic, luctum mœroremq; reliquit, qui tam præmaturè, qui præter spem fortè & opinionem, tam citè è rebus humanis excesit, mundoq; valedixit: Verum frena injiciat luctui Vidua mœstissima, Divinumq; satius placitum, absq; quo dilectissimo marito mors obtingere non potuit, veneretur; illoq; suam orbitatem consoletur. Temperent mœrori alii amici, Certeq; credant; pie, licet tam in tempestivè mortuum, BARTHOLOMEUM JUSTUM, è miserâ servitute peccati, assertum esse, justis vindicis, in libertatem filiorum DEI; ex lugenti hoc campo, ad sempiternam felicitatem, ex mortalitatis carcere, ad vitam æternam & infinitam commigrasse. Qui, cum hodiè, horā primâ pomeridianâ, quoad unicūm corpus, terræ mandari debeat; in quâ extremam carnis humanæ resurrectionem præstolabitur. Vos jam Omnes & Singuli Cives Academiæ, (amicè & amanter invito,) ultimum hoc Christiani animi officium ipsi exhibete, eundemq; ad locum, requiei ejus destinatum, frequentes deducite. Facite id lubenter, qvod, ut Vobis alii suo tempore, à Divinâ providentia determinato faciant, animitus expetitis. Et inter eundum, propriam mortis horam incertissimam cogitate; cogitate serio, Ne minem mortalium esse, (ut quidam sapiens scripsit) qui sciatur. An sit victurus erastinam diem futuram? Cur sus enim fortunæ incertus est quo evadat, Negat discipoteat, nec arte ullâ apprehenditur. Publicat. Rostochii, sub Sigillo Academiæ, die 10. Martii, A. D. 1654.

Conventus fiet hora primâ in Æde Sacra

Mariana

• 6(0)80 •



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn771007264/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771007264/phys_0013)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn771007264/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771007264/phys_0014)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn771007264/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771007264/phys_0015)

DFG




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn771007264/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771007264/phys_0016)

DFG

Anni præterlapsi, ritu Christiano, nuptias  
quâ, mirâ animi jucunditate, summâ cor-  
non absq; majori savorioriq; conjugalis th-  
ralium migrare decrevisset. Qui, cum p-  
sis Februarii die 28. hocce Anno, M. DC.  
etari suam sanitatem sensisset, viresq; co-  
gis ac magis debilitari animadvertisset,  
vatoris & Redemptoris CHRISTI JI-  
ploravit: Postmodum, Medicorū quoq; a-  
lissimè, suo pro viribus, defuncti sunt arti-  
neglexit, ac intus exteriusq; remedia a-  
cum expugnare infirmitatem nō potuisse  
re sibi ultimum vitæ terminum præsagi-  
prorsus, Divinæ devovit providentia  
suas spes defixit; illi soli, hancce suam  
commendavit; ne verò, absq; salutari  
mortis sibi imminentis ingredetur; i-  
6. Martii; sumpsit inquam, preciosissi-  
sanguinem CHRISTI JESU, illu-  
non satis vel Angelorum facundiâ depr-  
quam ex hac abiret mortalitate, anim-  
atq; recreavit; & quidem, piò ac Ecclesia  
Viri plurimum Reverendi, Excellentissi-  
Dn. CASPARIS MAURITII, S-  
foris celeberrimi, designati Superinter-  
mi, Amici & Collegæ ut honoratissimi.  
Ad extremū, in fide Salvatoris firmissi-  
res insultus, in sanctissimâ DEI invocati-  
Martis sub sequente, inter 12. & 1. expir-



Cū  
an-  
&  
tu;  
or-  
en-  
fa-  
na-  
Sal-  
im-  
de-  
on-  
uæ  
sta-  
se  
cā,  
tam  
am,  
die  
s &  
ine,  
nte-  
fecit  
erio,  
imi,  
ofes-  
visi-  
simi.  
ario-  
liem  
piri-  
um.

Image Engineering Scan Reference Chart T5263 Serial No. 011